

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Pena siue punitio y  
cum uariis

Ob hoc inflexibilis et obstinate mentis punitur eternaliter malum, licet temporaliter perpetratum quia quod breue fuit tempore uel opere, longum esse constat in pertinaci uoluntate, ita ut si nunquam moreretur, nunquam uelle peccare desineret, immo semper uiuere uellet ut semper peccare posset.

Bernardus epistola CCLII.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

punitur eternaliter malum] malum punitur eternaliter P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; moreretur] moriretur B P V<sup>1</sup>, moraretur C; Bernardus] in *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>